



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 41. Papæ Studium de conflando födere cum Principibus Catholicis
contra Protestantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. XLI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

Papæ studium de conflando fædere fædere
cum Principibus Catholicis
contra Protestantes.

Cæsar huic fœderi nomen dare cuncta- *Sarpius*
 batur, veritus, ne minimam Pro- ^{p. 499. Lett.} *de l' Isle au*
 testantibus suspicionem ingereret: Rex ^{Roi du 15}
 autem ^{Jun. Mem.} *du Concil.*

landi studio, vel calumniandi libidine abrepti *pag. 241.*

sæpe turpis quæstus gratia, & ut a typogra-
 phis panem emendicent, quicquid illius sæ-
 culi genio placet, libere conscribunt, fingunt,
 ac falsa proferunt, veraque vel dissimulant,
 vel ad sinistram partem arenarum more, quæ-
 etiam ex purissimis floribus venenum fugunt,
 detorquent: cuius rei exemplum est hæc
 ipsa (si tamen genuina est,) Lansaci epistola:
 quam nequiter enim ille ex Pontificis studio,
 quo deplorato Franciæ statui, ac Religioni
 Catholicae ibidem ferme extinctæ etiam ad
 preces ipsius Regis suppetias ferre, bellum in
 Calvinistas Regni hostes movere, ac calamiti-
 tatum misereri voluit, ansam arripuit Ponti-
 ficem insimulandi, perinde acsi duntaxat hoc
 bello tanquam obtentu uteretur, ut Synodum
 interrumpere posset. Verum ad tantam in-
 saniendi rabiem ejusmodi Scriptores, nostrum-
 que Continuatorem abripiunt imbibita quo-
 rumdam principia, vi quorum Concilia, quam-
 vis horum decreta non recipi, nisi ipsis fa-
 veant,

Sæcul. XVI. autem Franciæ Calvinistas in suo in
A C. 1562. Italiam transitu, licet id Pontifex per-

timescere videretur, adeo non præpe-
diebat, ut etiam summopere desidera-
ret, ut e Regno suo exirent: insuper
Hispaniæ Rex, cum in Italia amplissi-
mas possideret Provincias, magis Ita-
lorum Principum fœdera pertimescebat,
quam hæreticos expellere exoptasset.
Denique Veneti, ac Florentini ab illis
omnibus, quæ Italiæ quietem turbare
possent, alienissimi erant, adeo, ut
nemo unus Principum huic fœderi sub-
scribere vellet, singulis peculiarem qui-
dem cauſam, omnibus autem commu-
nem allegantibus, fore, ut Concilii
progressus ejusmodi fœdere impedi-
tur, quamvis plerique crederent, id
si accideret, haud ingratum Pontifici
futurum, ipsomet, ut eam alerent opi-
nionem, occasionem præbente: quini-
mo forte ad Synodi dissolutionem ani-
mum adjecisset, nisi Carpiensis Cardi-
nalis unacum omnibus ceteris Purpu-
ratis eidem exposuisset, quod non
sint

veant, glorientur, supra astra extollere, sum-
mos vero Pontifices illis semper adversari
Lectoribus suis persuadere conantur, ut Pon-
tificis auctoritatem pro viribus deprimant:
Egregii prorsus Catholici, ac obsequiosissimi
Ecclesiæ Filii.

Sint in Pontificis, Sedisque Apostolicæ Sæcul. XVI.
 commodum ea, quæ odium parerent, A.C. 1562.
 atque alterutrius partis animos abalie-
 nare possent, ipso auctore decerni, cum
 longe præstabilius esset, circa continua-
 tionem, & residentiam decernendi li-
 bertatem relinquere. His verbis Pon-
 tifex permotus deinceps ad consilia ma-
 gis moderata animum adjecit. (*)

§. XLII.

*Papa in Patrum Senatu de cunctis
 Oratoribus questus.*

Nec tamen sibi temperare poterat
 Pontifex, quin de cunctis Oratori-
 bus quereretur, ac quidem primo de
 Gallis repetebat, quod Lansacus in
 postulatis suis videretur potius Orator
 Hugonotarum, cum Patres oraret, ut
 Regina Angliæ, Helveti Protestantes,
 Duces

(*) Calvinistis, cum eorum potentia adeo
 jam excrevisset, ut ipse Rex, & Reginæ
 haud amplius in Regno securi essent, semper
 liberum fuisset, Genevam, atque in Italiam
 transmigrare; Regii autem Sanguinis Princi-
 pes, qui Calvinistarum sectam profitebantur,
 tum nequaquam e Regno exire, sed illud sibi
 vendicare moliebantur, unde ad frangendam
 eorum potentiam aliorum Principum, & præ-
 cipue Pontificis opem implorare, necessitas
 suadebat.